



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 60. Theologorum judicium de hisce quinque articulis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

etiam præsttit, cum ingenti totius <sup>Sæcul. XIV.</sup>  
confessus applausu: hæc tamen die fer-  
me omnia, quæ ab aliis obscure, aut  
minus solide fuere proposita, verbis ma-  
gis exquisitis, clariusque, ac solidius  
repetiit.

<sup>A.C. 1562.</sup>

## §. LX.

*Theologorum judicium de hisce quin-  
que articulis.*

Finitis omnibus hisce dissertationibus, *Pallav. l. 17.*  
ex quibus res nondum decidi pote-<sup>c. 6. n. 8. 9.</sup>  
rat, seorsim cuiuslibet sententia roga-<sup>& seq.</sup>  
batur, ac quidem circa primum articu-  
lum consensere omnes, quod non sit  
Divinum præceptum, vi cuius singuli  
Christiani utramque speciem accipere  
teneantur; nam cuncti sentiebant, hoc  
præcepto Sacerdotes obstringi, ut rem  
Divinam in dupli specie confiant.  
Postremæ istorum sententiæ unicus <sup>Do-</sup>  
<sup>cator Lusitanus</sup> adversabatur, isque forte  
Innocentii III. Alberti Magni, & Joani-  
nis de Turrecremata Auctoritati in-  
nitebatur, atque adducebat Raphae-  
lem Vollateranum, qui scripsit, quod  
Innocentius VIII. Norvegiæ Sacerdoti-  
bus, cum apud illos ingens vini penu-  
ria esset, sub unica panis specie con-  
secreare permisisset: verum hæc Raphae-  
lis narratio confutatur a Bellarmino  
Cardinale, qui observat, quod verita-  
tem

**Sæcul. XVI.** tem haud sapiat, Norvegis deesse vi-  
**A.C. 1562.** num ad consecrandum, cum in com-  
 perto sit, nunc illos eo utpote aliunde al-  
 lato abundare, insuper hic Scriptor refert  
 a Papa concessum fuisse, ut hujus gen-  
 tis Sacerdotes calicem fine vino consecra-  
 rent: quæ res, cum a nemine censeatur  
 esse in Ecclesiæ potestate, narrationis fal-  
 tam manifeste redarguit.

Porro circa eundem articulum cete-  
 rorum Doctorum concors erat opinio,  
 quamvis diverso uterentur explicandi  
 modo, quod tameu sigillatim referre  
 nimis tædiosum esset.

Circa secundum articulum, an ra-  
 tiones, quæ induxerant Ecclesiam ad  
 præbendam Eucharistiam laicis, & Sa-  
 credotibus non celebrantibus sub sola  
 specie panis, essent ita observandæ, ut  
 nulla ratione usus calicis esset permit-  
 tendus, magna fuit opinionum varie-  
 tas, sed inter omnes convenit, potuis-  
 se ab Ecclesia calicis usum removeri,  
 cum ritus jure Divino præscriptus non  
 esset, nec quovis tempore usurpatus:  
 duo tamen Præfules hæc addiderunt:  
 „tametsi usus calicis fuisset juris Divini  
 „pro laicis, potuisset tamen ab Eccle-  
 „sia subtrahi, cum ipse Deus voluerit  
 „hoc ipsum privilegium Ecclesiæ con-  
 „cedere:„ alii autem affirmabant, quod  
 fas non sit Ecclesiæ, relaxare divina

manu-

mandata, sed ea duntaxat, quæ ad Sæcul. XVI.  
ritus, ac cæremonias pertinerent. A. C. 1562.

„Ceterum quam plurimi ita disserebant:  
„quamquam liceat Ecclesiæ aliquid  
„mutare in conditionibus, & in usu,  
„nihil tamen eidem permittitur in iis,  
„quæ Sacraenta constituunt.

In tertio articulo quærebatur, an tunc, si concedendus esset alicui nationi usus Calicis ob rationes Christianæ Charitati consonas, sint addendæ conditiones huic concessioni? porro circa hanc quæstionem quamplurimæ fuerunt Sententiæ, propter varias conditiones, quas singuli excogitabant.

Quartus, articulus erat, an ille, qui unam tantummodo speciem sumit, minus accipiat, ac is, qui utramque recipit? porro id omnes negabant concorditer, quantum ad Sacramentum spectabat: quod vero effectum Sacramenti, seu gratiam concernit, non una omnium erat opinio: potissimi tamen censebant, circa virtutem Sacramenti, effectum, seu gratiam infundi æqualem in utroque modo, cum tradatur gratia non ratione specierum, sed ratione Christi, qui sub speciebus continetur: alii vero opinati sunt, plus gratiæ accipi, cum sumitur secunda Species, eoque homo eo temporis momento melius sit dispositus: alii denique dixerunt,

majo-

**Sæcul. XVI.** majorem gratiam in Sacramento per  
A.C. 1562. cipi, cum utraque species sumitur, quoniam Sacra-  
menta id efficiunt, quod significant: significatio vero habetur  
per ipsa signa: jam vero, inquietabant  
hi Theologi, multiplicatis signis gratia  
multiplicatur.

Ad quintum, & postremum articu-  
lum, an jussione Divina necesse foret,  
ut infantes hoc Sacramentum accipe-  
rent, ab omnibus responsum est, id haud  
requiri, cum alias baptismus non suffi-  
ceret ad salutem: insuper dicebant, hoc  
Sacramentum dari per modum cibi, cu-  
ius natura est partes vi caloris deperdi-  
tas reficere, quod non tamen accidit  
infantibus; quippe quibus liberi arbitrii  
usus deficit: de cetero pauci, quod  
Eucharistia reipsa illis tradita gratiam  
augeat, affirmarunt, allegantes exem-  
plum ejus, quod usurpabatur tempore  
SS. Dionysii, & Cypriani, tametsi postea  
Ecclesia id justis ex cauiss prohibui-  
set, ut debita huic Sacramento rever-  
tentia haberetur, nec illud vomitus pe-  
riculo in infantibus exponeretur: ve-  
rum plerique id negarunt, cum infan-  
tes juxta Apostoli præscriptum prima  
ad Corinthios: *probet seipsum homo*, nec  
seipso probare, neque dijudicare pos-  
sint Corpus Domini, nec distingue-  
re valeant panem Sacramentalem a pane  
com-



communi, cum rationis usu destituantur. Alii protulerunt insuper ad id illa Christi Domini verba apud Divum Lucam cap. 22. *Hoc facite in meam commemorationem:* quibus ajebant significari, quod in eo, qui hujusmodi Sacramentum suscipit, necessaria sit memoria Christi patientis, quæ memoria in infantibus locum non habet: porro oppositæ D. Dionysii, & Cypriani authoritati quidam respondebant, dicentes, in Ecclesia primæva quidem hoc Sacramentum infantibus fuisse administratum, sed non nisi ad delendum idolatrarum ritum, qui idolotheta ipsis dabant. Tandem senserunt alii, tunc infantibus Eucharistiam fuisse traditam, ut munirentur adversus veneficia, & ne a malis Spiritibus invaderentur: cum autem hæ rationes hodiecum non amplius subsisterent, hinc inferebant, quod Synodus præsentem usum esse servandum, statuere valeat.

## §. LXI.

*Cujusdam Carmelitæ sententia de hoc articulo prorsus omittendo.*

Hanc in rem Frater Desiderius Panormitanus Ordinis Carmelitani alum-<sup>pag. 509.</sup> *Sarpinus*  
nus sic inquiebat: „censeo, articulum „hunc postremum esse omittendum,  
„cum enim a nostri seculi Protestantibus  
*Hist. Eccles. Tom. XLV.*      1      23 id